arvard College.
1868.


SIGILL : COLL : HARVARD : CANTAB : NOV : ANGL : 1650.
CHRISTO ET ECCLESIAE
BOUGHT WITH
THE INCOME FROM THE
SUBSCRIPTION FUND
BEGUN IN 1858.
23 Jan. 1873.

ck

DE

OBIECTI QUOD DICITUR INTERIORIS USU EURIPIDEO.

DISSERTATIO

INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE LIPSIENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

GEORGIUS GUENTHER

RONNEBURGENSIS.

LIPSIAE

TYPIS MELZERI.

MDCCCLXVIII.

PATRI

CARISSIMO ATQUE DILECTISSIMO

HAS LITERARUM PRIMITIAS

SACRAS ESSE

VOLUIT

AUCTOR.

§ 1.

Summa discendi cupiditate cum primum Euripideis studiis me dederem nec minus orationis suavitate atque pulchritudine quam fructibus, qui ex assidua ejus cum ceteris scriptoribus Graecis comparatione percipi possent, delectarer, ubi tragici illius dicendi genus ex parte quidem tractare in animum venit, accusativi apud eum usum mihi perlustrandum proposui: mox tamen opus aggrediens cum incepti ambitum latius patere intelligerem, quam qui libello posset cohiberi, etiam angustioribus rem finibus coërcendam esse persuasum habui. Et id quidem accusativi genus maximi momenti esse visum est, quod nostrae aetatis grammatici objectum interius [1]) vocare solent. Tractavit hoc adhuc temporis La Roche [2]), ad Homerum quantum attinet, Sophocleum usum Wunder [3]), Kolster [4]), Schwarz [5]) disseruere. Cum vero Wunder et Kolster, quamquam ceterorum tragicorum Graecorum rationem habent, neque ad hanc rem accurate perspiciendam sufficiant, neque omnino ita, ut decet, eam considerare mihi videantur, Euripidem eodem, quo illi Sophoclem, consilio quam diligentissime percurrere non modo non otiosum habui, verum etiam omnem de objecto interiore dissertationem ab illo aptissime originem ducere. Sive enim cum Aeschylo et Sophocle eum comparamus, quorum alter tum elatione ingenii, tum ora-

1) G. Curtius, Schulgramm. § 395.
2) La Roche, Homerische Studien, Wien 1861.
3) Wunder, Recens. zu Lobeck's Ausg. des Aiax.
4) Kolster, das innere Object b. Soph. Itzehoe 1858.
5) Schwarz, d. Accus. des Inhalts b. Soph. Progr. Weim. 1863.

tionis magnificentia, alter concinnitate atque majestate excellit, his quidem in rebus non parem habet laudem, sed tamen, quae illis probantur, iis aeque utitur nec raro orationis audacia si minus superior, at certe par conspicitur: sive cum prosae scriptoribus eum conferimus, Attico maxime sermone, cui simplicitas quaedam inest et elegantia, in dialogis eum uti videmus. Nec praetereundum hoc est, quod Euripides, cum ad philosophiae praesertim studium se applicaret ejusque praecepta orationi quam saepissime soleret intexere, fabulas sententiarum multitudine refersit. Ejusmodi oratione diversis mixta elementis cum medium quodammodo locum inter poëtas et prosae scriptores obtineat Euripides, ab eo quidem potissimum capi exordium mihi videtur, ita vero, ut reliquorum scriptorum qualis sit dicendi usus, accurate semper perscrutemur.

§ 2.

Frequentissimum fuisse accusativum objecti, quod dicitur, interioris non solum apud poëtas, quamvis plurima ibi exstent exempla, verum etiam apud philosophos oratoresque et rerum scriptores cum ea demonstrant, quae patent e virorum doctorum de hac re quaestionibus atque collectionibus, tum infinitus probat exemplorum numerus, quem affert Lobeckius in octava Paralipomenon dissertatione, quam inscripsit de figura etymologica. Partim autem, cum haec figura nonnisi ad formalem (εἰδικήν) verborum nominumque cognatorum conjunctionem respiciat, objectum interius ex parte tantum sub ejus rationem cadit; partim hoc, quia stirpis cognatione minime coërcetur, fines figurae etymologicae constitutos longe egreditur. Et hujus quidem explicandae ratio exstat simplicior, magnam enim partem imperante ipsa linguae natura adhibetur: objecti contra interioris usum si, quam longe lateque per linguam Graecam divulgatus sit, spectamus, tantum abest, ut ex levi illa tantum causa, quae sane ad excolendum eum aliquid valuit, totus potuerit emanare, ut gravior ei origo sit quaerenda.

Maximam in hoc vim studium habuisse videtur eo intentum, ut orationi gravitas quaedam et perspicuitas tribueretur. Et haec quidem de origine nunc sufficiant, quibus plura adjicere alienum duco. Longius enim de hac re ab initio statim evagari propterea intermittam, ne quid praejudicati transferatur in ipsam quaestionem.

§ 3.

Iam cum quaeratur, qua ratione totum locorum agmen pertractandum sit, ei, quam Schwarzius adhibet, rationi, quoniam ad exteriorem tantum, ut ita dicam, vocabulorum conjunctionem mihi videtur spectare, me opposuerim [6]. Is enim verba et nomina ejusdem thematis a synonymis vel homoeosemis disjungit, illam vero priorem partem sic describit, prout enuntiationes constructae nominibusque adjectiva vel pronomina addita aut non addita sunt. Quare cum una eademque vocabulorum conjunctio, saepius quae redit, constructione quidem additamentoque variatis, discindatur nec similes constructiones conectantur, eam, qua opus est, perspicuitatem paulum desideramus. Si vero quaerimus, ubi et quomodo substantiva adjectivis, pronominibus, articulo definiantur, haec quidem quaestio majoris ponderis est, sed loci, quibus substantiva sine ullo additamento verbis adjunguntur, re vera tam sunt rari, ut facillime perspici possint et conferri [7]. Schwarzius autem, ut sibi constaret, in tractandis homoeosemorum conjunctionibus eadem, qua prius, ratione uti debebat. Quaerenti igitur mihi, quomodo aptissime rem disponerem, haec occurrerunt: Objecti, quod dicitur, interioris notio ita comprehenditur, ut omnibus tri-

---

6) Attamen Schwarzius ceteris melius rem perspexit. De Kolsteri divisione verbis non opus est, quam satis refutavit Schwarzius. Wunderus nonnisi parvulam materiae partem exhausit.

7) Apud Sophoclem tres loci exstant, quibus solum objectum verbo apponitur. Euripides hasce constructiones exhibet: *ὕβριν ὑβρίζειν, χοὰς χεῖσθαι, λόγους λέγειν, ἔπος εἰπεῖν.*

buatur conjunctionibus verborum cum accusativis objectorum, quae ipsa verbi actione jam contineantur. Nomina autem illa secundum rationem, quae inter ea et verba intercedit, accurate distinguenda sunt. Manifestum enim est verbis *πλήσσω πληγήν* aliam objecti interioris speciem inesse atque verbis *πλήσσω πλῆξιν*, ita enim, ut substantivum *πληγή* id, quod feriendo efficitur, *πλῆξις* contra ipsam feriendi actionem denotet. Sed ne quis mihi objiciat secundam, quam attuli, constructionem plane non exstare [8]), ad similia exempla me convertam. Schwarzius promiscue enumerat hasce verborum nominumque constructiones: *τέρψιν τέρπεσθαι, πάθεα πάσχειν, πρᾶγμα πράσσειν*, quibus diversissima inter se substantivorum genera continentur. Significat enim *τέρψις* delectandi actionem, *πάθος* malum, quo quis laborat, *πρᾶγμα* id, quod verbi *πράσσειν* actione effectum est. Quanti autem ipsius, quam tractamus, rei intersit, quale quidque habeamus substantivum, postea etiam magis elucebit. Nunc duo prioribus addam exempla. Schwarzius pagina decima continuo ponit constructiones *μάθημα μαθεῖν* et *μάθησιν ἐκμανθάνειν*. Et altero quidem loco, Phil. v. 917 *μὴ στέναζε, πρὶν μάθῃς — ποῖον μάθημα;* interrogatio *ποῖον μάθημα* simplicius reddi potest solo pronomine *τί*; Eo autem, quod verbi notio substantivo cognato repetitur pronominique *ποῖον* qualitatis notio inest, quaestionis vis augetur, Philoctetes enim, ne quid mali audiat, timet. Alterum locum Trach. v. 450 legimus: *εἰ μὲν ἐκ κείνου μαθὼν ψεύδει, μάθησιν οὐ καλὴν ἐκμανθάνεις.* Schneidewinus ultima verba sic reddit: „so hast du nichts Gutes gelernt." Haec si sequimur, substantivum *μάθησις* idem est atque *μάθημα* h. e. id quod quis didicit, scientia, ars; quod, si quidem alibi, hoc tamen loco statuere non licet. Prohibetur enim praesenti tempore verbi, nec, cum substantivi *μάθησις* principalis significatio satis aptum sensum praebeat, cur rei vel artis, quae discatur, notionem

8) Prior Aesch. Ag. v. 1343 reperitur passiva.

ei tribuamus, intelligo. Equidem igitur sic verto: „so lernst du ein schlimmes Lernen“ h. e. die Erlernung einer schlimmen Fertigkeit.

Iam si haec omnia comprehendimus, ea, quam proposuit Schwarzius [9]), objecti interioris definitio ita mihi probanda videtur, ut adjiciatur ei: objectum interius certam semper effectionis verbi formam denotat. Quae forma aut ipsa actio, aut status, aut effectus sive propior sive remotior esse potest, nec vero hoc, ut Schwarzio videtur, quasi res levior uno quoque loco cernitur, sed ex ipsa ratione, quae inter substantivum intercedit et verbum, objecti interioris natura, ambitus, genera cognoscuntur.

§ 4.

Discrimen igitur inter nominum genera, quo genera definiantur objecti interioris, faciendum esse vidimus. Sed ne corrumpamus lectoris judicium, rem summam differamus in finem: exempla nunc ita tantum disponamus, ut quaestioni posteriori ea accommodemus quamque facillime possimus perspicere. Quamobrem a substantivorum forma nobis repetendum est.

Thematorum cum suffixis conjunctio, qua conformantur nomina, quantum ad horum nominum significationem attinet, tantum abest, ut fortuita sit certaque lege careat, ut ad normam quandam possit dirigi. Homines vero docti, quibus ea, quae comparatio, ut ajunt, linguarum profuit literarum studiis, aut nondum nota erant aut tanti momenti non videbantur, ut in grammaticas ea reciperent, de suffixorum generibus aut nihil aut parum certa exploraverunt. Praeclara de hac re G. Curtii praesertim in ea commentatione, quam scripsit de nominum Graecorum formatione, sunt merita. Iure aute vir illustrissimus monet minime suam cuique suffixo per se notionem adscribendam esse, sed abundantiam primitus fuisse suffixorum significatione vix

9) Schwarz l. c. pag. 7. extr. — 8. Reperies eam h. lib. pag. 40.

distinctorum multumque ad nominum significationes interfuisse generum differentiam. „Postea, ipsius enim utor verbis, suffixorum quoque usus sensim certius constitutus est.“ Itaque hoc posito atque concesso certa quaedam suffixorum genera secundum significationem, quam accipiunt nomina illorum ope formata, distinguere possumus [10]), nec vero nobis plus ea nominum eorumque abstractorum parte, quae in propositum nostrum quadrat, spectandum erit. Sunt autem verbalia quae dicuntur nomina. Ac primum quidem ea, quibus actionis notio inest, segreganda sunt ab iis, quae effectum actionis notant. Prioris generis nomina plerumque suffixorum *σι* et *μο* [11]) ope, effectum quae designant, suffixorum *ματ* et *ες* [12]) ope formantur. Medium quodammodo locum ea substantiva obtinent, quae in universum indicant verbi actionem effci vel effectam esse. His vero, quibus generalis tantum verbi notio in fixam, ut ita dicere mihi liceat, substantivi formam translata est, usitata sunt suffixa *ο*, *α*, [*η*] [13]), sunt enim masculina secundae et feminina primae quae dicitur declinationis. Adnumeranda iis nonnulla alia sunt, quae sine ullius suffixi ope [14]) ex ipsa radice formantur, significationem igitur habent haud minus generalem.

Quamvis autem lingua legibus, quas ipsa sibi statuit, ut astringatur non permittat, nobis tamen certae leges sunt servandae neque exceptionibus, in quas quidem accurate intendemus animum, plus aequo concedendum est. Sed haec hactenus de nominum formatione. Nunc ad alteram rationem, qua objectum interius dividendum est, pergamus.

10) Curtius, Schulgramm. §§ 341—349.
11) idem, de nomm. Gr. f. pag. 59. 39. Schulgr. § 342.
12) idem, de nomm. Gr. f. pag. 39. sq. Schulgr. § 343.
13) idem, de nomm. Gr. f. pag. 28 sqq.
14) idem eod. l. pag. 27.

§ 5.

G. Curtius objecti interioris usum quattuor in partes dividit [15]), quarum prima nomina verbis stirpe cognata (a), secunda (b) synonyma continet. Tertiam partem (c) statuit, ubicunque objectum verbum accuratius definit, quartam (d), ubi actionis verbo expressae effectum denotat. Parti igitur sub d) cadenti pars a), ubi originis, et b) respondet, ubi notionis similitudo cernitur. Atqui grammatices paragrapho 343, ubi de nominibus effectum actionis notantibus agitur, cum alia tum *πρᾶγμα* substantivum enumeratur, quo actionis, *τοῦ πράττεσθαι*, effectus, *τὸ πεπραγμένον*, designatur. Quod si cum verbo cognato conjungimus [16]), et primae et quartae partis exemplum habemus in una eademque constructione, secnndae et quartae, si *πρᾶγμα* simili verbo, velut *ποιεῖν*, adjungimus. Ex his ergo sequitur, ut pars quarta contineatur et prima et secunda parte, ceterum, ubi nec stirpis nec significationis cognatio exstat, cum tertia sit conjungenda. Nisi enim parti d) utraque cognatio deest, in eodem quo ceteras numero eam habere non licet. Equidem objecti interioris usum duplici tantum modo distinguo: prout objectum verbo aut cognatum est aut non est. Quamvis enim prior pars re vera bipartita sit, significationis tamen similitudine conjungitur, quare, praesertim ut similes vocabulorum conjunctiones melius perspiciantur, utraque exempla continuo ponemus, praeterquam quod, quae stirpe cognata sunt, asteriscis notabimus.

§ 6.

Nunc ad nomina, quae dicuntur concreta ut me convertam, sunt, qui ab objecto interiore ea plane excludant, quod quomodo fieri possit non intelligo. Wunderus l. c. sine ulla dubitatione eam in partem abit quaestione quasi expedita, tacendo quem Schwarzius sequi videtur. Kolste-

15) Curtius, Schulgr. § 400.

16) Demosth. p. Cor. 231, 24 *πρᾶγμα διαπράττεσθαι.*

rus, quamquam non minus ad Wunderi sententiam se acclinat, Curtii tamen objecti interioris definitionem (inneres d. i. in der Handlung selbst schon enthaltenes Object) sequitur. Sed perinde atque hac definitione nomina rerum minime excluduntur, eximiae illius, ut ipse fatetur Kolsterus, grammatices auctor sapientissima causa, opinor, usus est, cum in exemplorum numero collocaret verba *τεῖχος τειχίζεσθαι*. Quamvis autem, ut mea fert opinio, concretius vix quidquam possit inveniri muro, nemo tamen ejus rei mentionem fecit, quod qua de causa factum sit disceptare nequeo.

Et sane quidem non omnes verborum cum concretorum nominum accusativis conjunctiones huc recurrunt, sed magnum discrimen faciendum est. Antea enim jam vidimus objectum interius formam denotare effectionis verbi, forma autem haec, quod attinet ad nomina rerum, secundum ipsorum naturam unus esse potest effectus. Itaque quaestio, utrum conjunctio quaedam vocabulorum h. e. verbi cujusdam cum nomine concreto, huc revocanda sit necne, duabus imprimis rebus dijudicatur. Ut enim interius sit objectum, primum verbo, ex quo pendet, faciendi, efficiendi notio insit necesse est. Deinde requiritur, ut certum genus rerum, quae efficiantur, ipso verbo indicetur, altera autem ex parte nomine, quod accusativo casu additur, certa ejus generis res exprimatur. Sed cave, ne, si verbo generaliori, velut huic *ὑφαίνειν*, adjungitur objectum speciem rerum denotans, velut *ἐσθής*, hoc me putes habere objectum interius; respondet enim semper genus generi, speciei species [17]). Nunc si ad singulos locos transimus, nulla relinquitur difficultas. Exempla, quae affert Schwarzius [18]), cuncta huc

17) conf. *πράσσειν πρᾶγμα, ἔργον* similia.

18) Schwarz, l. c. pag. 4 extr. Sed licetne eam ob causam nominibus rerum, sub sensus quae cadunt, locum plane abnuere? Quid? quod nonnulla substantiva rem modo abstractam, modo concretam designant? Num verba *πλοκὴν* [*πλοκὰς*] *πλέκειν*, si substantivum *πλοκή* usurpatur abstractum, interiori, sin concretum, exteriori, quoddicitur, objecto adscribenda sunt?

non pertinent. Idem statuendum est de nonnullis locis Euripideis. Cycl. v. 26. *ποίμνας Κύκλωπος ἀνοσίου ποιμαίνομεν.* Cetera enim ut omittamus, verbum *ποιμαίνειν* per se minime significat „gregem pascere", sicut *βάλλειν* per se non significat „telum conjicere." Sed ne hoc quidem facit momentum, quod elucet his locis: Rhes. v. 75 [19]): *οἱ δ' ἐν βρόχοισι δέσμιοι λελημμένοι Φρυγῶν ἀρούρας ἐκμάθωσι γαπονεῖν.* (Demad. p. 2 *ὁ τὴν χώραν γεωργῶν*); Alc. 869 *οὔτε γὰρ αὐγὰς χαίρω προσορῶν οὔτ' ἐπὶ γαίας πόδα πεζεύων.* Quamquam utriusque objecti notio verbis jam continetur, tamen, cum verbis non efficiantur objecta, etiam de his non dubia est quaestio [20]).

Ne verbum *τίκτειν* quidem venit in quaestionem, cum vero verbis *τέκνα τίκτειν* h. e. partu infantes in lucem edere nil insit, quod ad objectum interius spectet, statuendum hoc est, si contra ponimus haec: *τέκνα παιδοποιεῖν* vel similia. Nec deest exemplum Euripideum:

παῖδα τεκνοῦν.

Phoen. 19. *εἰ γὰρ τεκνώσεις παῖδ', ἀποκτανεῖ σ' ὁ φύς.*

Denique ad objectum interius alter adhuc locus recurrit.

* *ὕφασμα ὑφαίνειν.*

Ion. 1420. *σκέψασθ' ὃ παῖς ποτ' οὖσ' ὕφασμ' ὕφην' ἐγώ.* (conf. Hes. opp. v. 777. *νεῖν νήματα.*)

Ab ea objecti interioris parte, cui nec stirpis nec significationis cognatio inest inter verbum et nomen, excludenda esse nomina concreta eamque solis abstractis concedendam esse apparet. Una tamen valet exceptio, de qua infra, ubi de abstractis nominibus erit quaestio, agetur: interdum

19) Editionem secutus sum Kirchhoffianam.

20) Talium verborum notio tam generalis facta est, ut verbis adjungantur objecta non solum eadem aut stirpe aut significatione, quamquam opus iis non est, verum etiam fines verbo constitutos transeuntia. Ejusmodi verbum est *οἰκοδομεῖν*, quod notionem tam generalem accepit, ut sine dubitatione dicerent Graeci *τεῖχος οἰκοδομεῖν.*

enim substantiva concreta per metaphoram vel metonymiam quandam pro abstractis usurpantur.

§ 7.

Transeamus nunc ad ea nomina abstracta, quibus id, quod verbo effectum est, denotatur. Tractanda autem hac paragrapho nobis ea sunt, quae suffixorum *ματ* et *ες* ope formantur, non quidem sola, sed vera et propria effecti nomina. Quamquam nonnullorum verborum, velut *δειμαίνειν*, *ὁρᾶν* similium, verum effectum cogitari nequit.

* *ὕβρισμα ὑβρίζειν.*

Heracl. 18. [*Εὐρυσθεὺς*] *ὕβρισμ᾽ ἐς ἡμᾶς ἠξίωσεν ὑβρίσαι.*

Et hanc quidem constructionem verborum apud Euripidem semel, alibi nusquam reperi, multo frequentiorem contra hanc *ὕβριν ὑβρίζειν* sensu diversam postea tractabo. *Ὕβρις* enim est superbia, quae ostenditur in aliquem, *ὕβρισμα* una quaeque injuria, qua quis afficitur.

* *εὕρημα εὑρίσκειν.*

Ion. 1525. *φίλον μὲν οὖν σ᾽ εὕρημα, μῆτερ, εὕρομεν.* Med. 550. *τί τοῦδ᾽ ἂν εὕρημ᾽ εὗρον εὐτυχέστερον;* ibid. 711. *εὕρημα δ᾽ οὐκ οἶσθ᾽ οἷον εὕρηκας τόδε.* conf. Soph. Naupl. fragm. 396. *ἐφεῦρε σταθμῶν ἀριθμῶν μέτρων εὑρήματα.* Genetivi proprie non, ut dicit Schwarzius, objecti *εὑρήματα* definiendi causa accedunt, sed vera verbi *εὑρεῖν* objecta sunt. Ejusmodi dicendi ratio etiam apud Euripidem invenitur Hec. v. 247. *τί δῆτ᾽ ἔλεξας; πολλῶν λόγων εὑρήματα.*

* *δεῖμα δειμαίνειν.*

(Hoc loco verbum a nomine derivatum est.) Andromach. 847. *οὔτ᾽ αὖ τὸ νῦν σου δεῖμ᾽ ὃ δειμαίνεις ἄγαν* (*ἐπῄνεσα*).

* *θῦμα θύειν.*

Iph. Aul. 720. *θύσας γε θύμαθ᾽ ἅμ᾽ ἐχρῆν θῦσαι θεοῖς.* Quam maxime sacrificandi notionem ut premat poëta, vocabula cognata ter ponit. Eadem ratione utitur Bacch. 948. Iph. Aul. 1183.

Conf. Platon. Civ. II. 362 *θυσίας θύειν.*

* *νύμφευμα νυμφεύεσθαι.*

Iph. Taur. 356. *ὦ πάτερ, νυμφεύομαι νυμφεύματ' αἰσχρὰ πρὸς σέθεν.*

* *λόχευμα λοχεύεσθαι.*

Ion. 926. *ἔνθα λοχεύματα σέμν' ἐλοχεύσατο Λατὼ Δίοισί σε καρποῖς.*

Dubito, an haec verborum conjunctio huc pertineat, quae infra sequitur.

* *ὄνομα ὀνομάζειν.*

Ion 80. *ὄνομα δ' οὐ μέλλει τυχεῖν Ἴων' ἐγὼ ... πρῶτος ὀνομάζω θεῶν.* Lacuna inter verba *ἐγώ* et *πρῶτος* vario modo expleta est. Cod. Florentius (XXXII, 2) exhibet: *ἐγώγε.* Simplicissimam lectionem praebere videtur Scaliger hanc: *ἐγώ νιν πρῶτος.* — Sophocles verba *ὄνομα ὀνομάζειν* semel conjungit, Phil. v. 604. Conf. Eur. Ion. 1601. et 75. *ὄνομα κεκλῆσθαι* Schwarz l. c. pag. 9 med.

* *κτῆμα κτᾶσθαι.*

Erechth. fr. ap. Stob. III 18 v. 11. *ἀδίκως δὲ μὴ κτῶ κτήματα.*

κέρδος κτᾶσθαι.

Cresph. fr. ap. Stob. XCIV, 3. *κέρδη τοιαῦτα χρή τινα κτᾶσθαι βροτῶν.* cf. Soph. Oed. R. 889. *εἰ μὴ τὸ κέρδος κερδανεῖ δικαίως.*

θέαμα ἰδεῖν.

Med. 1167. *τοὐνθένδε μέντοι δεινὸν ἦν θέαμ' ἰδεῖν.*

μόχθημα ἐκπονεῖν.

Hel. 733. *πολλὰ μοχθήματ' · ἐξέπλησας ἐκπονῶν ἐμοί.* Objectum *μοχθήματα* ad utrumque verbum referendum est.

ἔργμα δρᾶν.

Bacch. 1058. *ἔργματ' οὐχὶ θνητὰ δρῶν.*

Unica haec substantivi *ἔργμα*, quod nonnisi a poëtis usurpatur, cum verbo synonymo conjunctio. Quo frequentius substantivum *ἔργον*, significatione ab illo minime diversum, verbis faciendi subjungitur. Cum vero *ἔργμα* et *ἔργον* sine ulla dubitatione semper possint commutari, alterum statim sequatur.

**ἔργον ἐργάζεσθαι.*

Hec. 1100. *τί φής; σὺ τοὔργον εἰργάσαι τόδ', ὡς λέγει;* Suppl. 1076. *ἰώ, γύναι, δεινὸν ἔργον ἐξειργάσω.* Med. 1121. *ὦ δεινὸν ἔργον παρανόμως τ' εἰργασμένον.* Apud Homerum hanc vocabulorum conjunctionem ter, Il. 24, 733; Od. 17. 351; 20, 72; apud Sophoclem quinquies, Antig. 384, ibid. 426, ibid. 1228, Trach. 745, ibid. 706, ter apud Aeschylum Choëph. 298, Agam. 1346, Pers. 759 reperimus. Apud prosae scriptores haud minus usitata est, sufficiant pauca exempla: Andoc. Myst. 52, Lys. c. Andoc. 25 et 32. Qua cum simplicior inveniri nequeat verborum cum nominibus cognatis conjunctio, comprobantur ea, quae dicit Lobeckius de figura etymologica, plerumque majoris operae esse eam evitare quam admittere. Eadem de causa ejusmodi conjunctiones, velut hae: *ἔργον ἐργάζεσθαι, πρᾶγμα πράσσειν,* omnino non cadunt sub definitionem Kolsteri („dies innere Object wird also diejenigen Accusative umfassen, welche abhängig sind von einem Verbum, das um der plastischen Form willen einen Nebenbegriff aus diesem Objecte — in sich aufgenommen hat").

ἔργον δρᾶν.

Ixion. fr. ap. Stob. II, 8. *τὰ δ' ἔργα τοῦ πᾶν δρῶντος.* Hec. 775. (*ὅς*) *δέδρακεν ἔργον ἀνοσιώτατον.*

ἔργον πράσσειν.

Heracl. 980. *ἔργον πεπράξεται.* conf. Soph. El. 319. *πράσσειν πρᾶγμα,* Ant. 536. *δρᾶν ἔργον,* Aesch. Agam. 1635. *δρᾶν ἔργον,* Prom. 75. *πράσσειν ἔργον,* Solon. fr. 23. (Schneidewin) v. 12. *ἔρδειν ἔργα,* Isae. Men. Cl. 23. *ποιεῖν πρᾶγμα,* Lys. Erat. 3. *πράσσειν πράγματα.* Demosth. Cor. p. 233. *διαπράσσεσθαι πρᾶγμα.*

**ἄγγελμα ἀγγέλλειν.*

Troad. 712. *οὐχ ἑκὼν γὰρ ἀγγελῶ Δαναῶν τε κοινὰ Πελοπιδῶν τ' ἀγγέλματα.*

Lys. Erat. 17. *παραγγέλλειν παράγγελμα.* cf. Aechin. c. Ctes. *ὁ κήρυξ κηρύσσει τὸ πάτριον κήρυγμα.*

πρόσφθεγμα προσειπεῖν.

Heracl. 573. *ἀλλ' εἴ τι βούλει τούσδε τὸν γέροντά τε, χώρει προσειποῦσ' ὕστατον πρόσφθεγμά μοι.* Ex sequentis versus fine dativus *μοι* illatus sensum non praebet. *Ὑστάτοις προσφθέγμασι* cur statuamus causam non satis perspicio. Bene Elmsleius conjecit *δή*, ferri potest etiam *πρόσφθεγμ' ἔτι.* Attuli hucusque substantiva, quae verbis transitivis cognata sunt. Iis substantivis, quae e thematis verbalibus formata verbis respondent intransitivis cumque iis construuntur, nunquam, ceteris saepe deest additamentum vel adjectivi vel pronominis. Nunc primum ad ea nomina transeamus, quae motum vel potius movendi effectum designant. Quamquam, ut est ipsorum natura, interdum ab iis, quae itionem h. e. ipsam eundi (currendi, labendi) actionem denotant, non ita acriter possunt discerni.

**πτῶμα πίτνειν.*

Heracl. 77. *πρὸς τοῦ ποτ' ἐν γῇ πτῶμα δύστηνον πίτνεις;* conf. Soph. Ant. 1045. *πίπτουσι — πτώματ' αἰσχρά,* Aesch. Prom. 919. *πεσεῖν ἀτίμως πτώματ' οὐκ ἀνασχετά.*

Conferatur hoc loco substantivi *πέσημα* cum transitivo verbo *δικεῖν* conjunctio Phoen. v. 640. sq. *ᾧ (Κάδμῳ) τετρασκελὴς μόσχος ἀδάματος πέσημα δίκε τελεσφόρον διδοῦσα χρησμόν.*

βῆμα δραμεῖν.

El. 952. *τὸ πρῶτον βῆμ' ἐὰν δραμῇ καλῶς κτλ.* cf. Arist. Equ. 77. *τοσόνδε δ' αὐτοῦ βῆμα διαβεβηκότος.*

δράμημα ἀΐσσειν.

Phoen. 1384. *ᾖξαν δρόμημα δεινὸν ἀλλήλοις ἔπι.*

**πήδημα πηδᾶν.*

Andr. 1112. *τὸ Τρωικὸν πήδημα πηδήσας ποδοῖν.*

πήδημα ὁρμᾶν.

Hipp. 824. *ἄφαντος εἶ πήδημ' ἐς Ἅιδου κραιπνὸν ὁρμήσασά μοι.* Denique cum verbo transitivo:

πήδημα κουφίζειν.

Elect. 859. *ὡς νέβρος οὐράνιον πήδημα κουφίζουσα.*

αἰώρημα κουφίζειν.

Suppl. 1050. *δύστηνον αἰώρημα κουφίζω, πάτερ.* Sequuntur nonnulla substantiva suffixi *ες* ope formata.

* *ἄλγος ἀλγεῖν.*

Bacch. 1249. *φεῦ, φεῦ φρονήσασαι μὲν οἷ' ἐδράσατε ἀλγήσετ' ἄλγος δεινόν.* Sophocles verbo *νοσεῖν* subjungit *ἄλγος* Phil. v. 1326. *σὺ γὰρ νοσεῖς τόδ' ἄλγος ἐκ θείας τύχης.*

* *πάθος πάσχειν.*

Herc. F. 1167. *ἐπάθομεν πάθεα μέλεα πρὸς θεῶν.* Suppl. 794. *τί μὲν γὰρ ἤλπιζον ἂν πεπονθέναι πάθος περισσόν;* Med. 651. *παθοῦσαν δεινότατα παθέων.* conf. Soph. Elect. 209. *ποίνιμα πάθεα παθεῖν,* Aesch. Eum. 146. *ἐπάθομεν πάθος δυσαχές,* Choeph. 419. *πάθομεν ἄχεα,* Arist. Thesmoph. 1037. *πέπονθα πάθεα,* Platon. Gorg. 522. et 525. *πάθη παθεῖν,* ibid. 526. *πάθη ἀνατλῆναι,* sicut Eurip. Phoen. 60. *ὦ πάντ' ἀνατλὰς Οἰδίπους παθήματα.* Soph. Oed. R. 553. *τὸ δὲ πάθημ', ὁποῖον φῂς παθεῖν, δίδασκέ μοι.* Oed. C. 361. *τὰ μὲν παθήματ', ἄπαθον κτλ.* Demosth. Cor. pag. 240, 1. *πάθος πεπονθέναι.*

§ 8.

Iis nominibus, quae suffixorum *ο, α,* [*η*] ope formantur, neque actionis neque effecti certam inesse notionem paragrapho quarta dixi. Et in universum quidem, quo minutiora sunt suffixorum corpuscula, eo magis generalem substantivis, quae illorum ope formata sunt, significationem inesse puto. Maxime videlicet hoc de iis nominibus, sine ullo suffixo quae formantur, statuendum est. Eadem autem causa est, cur ejusmodi substantiva modo actionem, modo effectum, modo statum significare possint.

Jam primum ad secundae declinationis masculina pergamus.

* *γάμον γαμεῖν.*

Latissime hujus verborum compositionis patet usus,

praesertim apud Euripidem: Electr. 245. *ἐγημάμεσθ', ὦ ξεῖνε, θανάσιμον γάμον.* ibid. 924. *ᾔδεισθα γὰρ δῆτ' ἀνόσιον γήμας γάμον;* Iph. Aul. 459. *τοιούτους γάμους γήμειας αὐτός.* ibid. 463. *αἶ, αἶ, τὸν Ἑλένης ὥς μ' ἀπώλεσεν γάμον γήμας ὁ Πριάμου Πάρις.* Med. 584. *γαμεῖν γάμον τόνδε.* ibid. 624. *γαμεῖς τοιοῦτον γάμον.* Melan. fragm. ap. Stob. LXX. *ὅσοι γαμοῦσι κρείσσους γάμους.* Troad. 349. *γάμους γαμεῖσθαι τούσδε.* ibid. 359. *Ἑλένης γαμεῖ με δυστυχέστερον γάμον.* ibid. 1010. *οἱ δ' ἐμοὶ παῖδες γάμους ἄλλους γαμοῦσι.* Omnibus his locis substantivum non sine pronomine vel adjectivo verbo adjunctum est. Idem ad Sophoclem pertinet et Aeschylum, quorum singula exempla exstant. Soph. Troil. fragm. 556. *ἔγημεν ἀφθόγγους γάμους.* Aesch. Prom. 909. *τοιοῦτον γάμον γαμεῖν.* conf. Plut. Lucull. 38. *Σερουιλίαν ἔγημεν οὐδὲ τοῦτον εὐτυχῆ γάμον.* Plut. Sull. 6. *γαμεῖ γάμον εὐδοξότατον Καικιλίαν* [21]. Plut. Mar. 6. *γάμον ἔγημε λαμπρόν.* Solum objectum subjungitur verbo Herod. l. IV. cap. 145. *οἱ δὲ αὐτίκα μὲν γάμους ἔγημαν* (*γάμοι* = *δεῖπνον γαμικόν*).

**μόχθον μοχθεῖν.*

Hel. 1447. *ἅλις δὲ μόχθων οὓς ἐμοχθοῦμεν πάρος.* Andromed. fr. Athen. XIII, pag. 561 B. *τοῖς ἐρῶσιν, ὧν σὺ (Ἔρως) δημιουργὸς εἶ, μοχθοῦσι μόχθους εὐτυχῶς συνεκπόνει.*

**πόνον πονεῖν.*

Hec. 762. *τοῦτον ματεύουσ', ἢ πονοῦσ' ἄλλον πόνον;* Orest. 1225. *σὺ γὰρ δὴ συμπονεῖς ἐμοὶ πόνους.* ibid. 1626. *πόνους πονήσας μυρίους.* Soph. Phil. 1419. *ὅσους πονήσας — πόνους.*

πόνους μοχθεῖν.

Herc. F. 22. *τοὺς μὲν ἄλλους ἐξεμόχθησεν πόνους.* Hipp. 301. *γυναῖκες, ἄλλως τούσδε μοχθοῦμεν πόνους.* Ion. 102. *ἡμεῖς δὲ πόνους οὓς ἐκ παιδὸς μοχθοῦμεν ἀεί κτλ.*

---

21) cf. Lobeck, de fig. etymol. § 6.

* *ἔρον, ἔρωτα ἐρᾶν.*

Hipp. 337. *ὦ τλῆμον, οἷον, μῆτερ, ἠράσθης ἔρον.* Erechth. fr. ap. Stob. LXXIX, 4. *ἐρᾶτε μητρὸς παῖδες· ὡς οὐκ ἔστ' ἔρως τοιοῦτος ἄλλος, οἷος ἡδίων ἐρᾶν.* Med. 692. *πότερον ἐρασθεὶς ἢ σὸν ἐχθαίρων λέχος; μέγαν γ' ἔρωτα* [22]).

ἔρανον ἀντιδουλεύειν.

Suppl. 362 sq. *τοῖς τεκοῦσι γὰρ δύστηνος ὅστις μὴ ἀντιδουλεύει τέκνων κάλλιστον ἔρανον.* conf. Platon. Gorg. 520. *εἰ εὖ ποιήσας ταύτην τὴν εὐεργεσίαν ἀντευπείσεται.* Soph. Colch. fragm. 314. *χάριν ἀνθυπουργεῖν.*

ὅρκους ὀμνύναι.

Suppl. 1196. *πρῶτον λάβ' ὅρκον· τόνδε δ' ὀμνύναι χρεὼν Ἄδραστον.* Saepissime horum vocabulorum compositio apud oratores nobis occurrit: Lys. Theomn. A, 32. Andoc. Myst. 31. Isae. Men. Cl. 38. 39. 40. 47. etc.

* *φόβον φοβεῖσθαι.*

Troad. 1165. *οὐκ αἰνῶ, φόβον ὅστις φοβεῖται μὴ διεξελθὼν λόγῳ.* Sequor enim Bothium sic interpungentem.

φόβον δεδοικέναι.

Suppl. 549. *σκαιόν γε τἀνάλωμα τῆς γλώσσης τόδε, φόβους πονηροὺς καὶ κενοὺς δεδοικέναι.* Sophocles verbo *ταρβεῖν* utitur: Phil. 1251. *τὸν σὸν οὐ ταρβῶ φόβον* (cf. Schneidew. ad h. l.).

* *νόσον νοσεῖν.*

Phrix. fragm. Stob. VIII, 7. *ἄνερος οὐκ ἄξιον δειλὸν κεκλῆσθαι καὶ νοσεῖν αἰσχρὰν νόσον.* Andromach. 220. *καὶ τοι χεῖρον' ἀρσένων νόσον ταύτην νοσοῦμεν.* Euripides verbum *νοσεῖν* etiam cum dativo conjungit: Orest. 34. *ἐντεῦθεν ἀγρίᾳ συντακεὶς νόσῳ νοσεῖ.* Utrumque Sophocli probatur: Phil. 173. *νοσεῖ μὲν νόσον ἀγρίαν.* Trach. 543 *νοσοῦντι κείνῳ πολλὰ τῇδε τῇ νόσῳ.* Apud Aeschylum solum reperimus dativum: Prom. 384. *ἔα με τῇδε τῇ νόσῳ νοσεῖν.* Nec vero accusativus in soluta oratione inusitatus est. Antiph. Pharm. 30 *τὴν ἀθλίαν-νόσον νοσῶν.*

---

22) cf. Lobeck, d. fig. etym. § 5.

νόσον κάμνειν.

Heracl. 990. *Ἥρα με κάμνειν τήνδ' ἔθηκε τὴν νόσον.* cf. Aesch. Prom. 977. *μεμηνότ' οὐ σμικρὰν νόσον.*

ὕπνον εὕδειν.

Herc. F. 1003. *εὕδει δ' ὁ τλήμων ὕπνον οὐκ εὐδαίμονα.* ibid. 1023. (*πατρὸς δυστάνου*) *εὕδοντος ὕπνον δεινόν.* ibid. 1048. *εὕδει ὕπνον ὀλόμενον.* cf. Hom. Il. 1, 241 *ὕπνον κοιμᾶσθαι.* Il. 10, 159. Od. 10, 548 *ἀωτεῖν ὕπνον.* Soph. Oed. R. 65: *ὕπνῳ εὕδειν.*

κοῖτον ἰαύειν.

Rhes. 732. *ποῦ δῆθ' Ἕκτωρ τὸν ὑπασπίδιον κοῖτον ἰαύει;*

βίον ζῆν, διαζῆν, καταζῆν.

Incert. fab. fragm. ap. Stob. CVIII, 15. *θεοῦ βίον ζῆν ἀξιοῖς ἄνθρωπος ὤν;* Med. 249. *λέγουσι δ' ἡμᾶς ὡς ἀκίνδυνον βίον ζῶμεν κατ' οἴκους.* Iph. Aul. 923. *λελόγισμένοι γὰρ οἱ τοιοίδ' εἰσὶν βροτῶν ὀρθῶς διαζῆν τὸν βίον γνώμης μέτα.* Ion. 56. *ἐν δ' ἀνακτόροις θεοῦ καταζῇ δεῦρ' ἀεὶ σεμνὸν βίον.*

Conf. Soph. Oed. R. 1487. *βίον βιῶναι.* Verbum hoc loco in enuntiatione relativa objectum sequitur. Schwarzius ad h. l. (pag. 9. p. med.): in unmittelbarer Verbindung, ait, findet sich *βίον βιοῦν* weder bei Sophocles, noch sonst wo, so viel mir bekannt. Fugit virum doctissimum locus, quem legimus apud Lys. c. Andoc. 32: *ἥμισυς ὁ βίος βιῶναι κρεῖσσον ἀλύπως ἐστὶν ἢ διπλάσιος λυπουμένῳ.*

§ 9.

Transeundum nunc ad cetera nomina nobis est, plerumque feminina primae declinationis, quibus substantiva *ὕβρις* [23]) et *ἀγών* [24]), unica, quod attinet ad formam, inter plurima cujusque generis exempla, praemittemus.

23) Curtius, de nomm. Gr. f. pag. 31.
24) ibidem pag. 49.

* ὕβριν ὑβρίζειν.

Bacch. 240. ὕβρεις ὑβρίζειν, quod Kirchhoffius praecedentibus transpositis versibus mutavit in ὕβρεις ὑβρίζονθ'. Hel. 784. ὕβριν θ' ὑβρίζειν εἰς ἔμ' ἣν ἔτλην ἐγώ. Herc. F. 706. ὕβριν θ' ὑβρίζεις ἐπὶ θανοῦσι τοῖς ἐμοῖς. ibid. 736. ὕβρεις ὑβρίζων εἰς ἀμείνονας σέθεν. Iph. Aul. 960. ἀλλ' ὕβριν ἐς ἡμᾶς ὕβρισ' Ἀγαμέμνων ἄναξ. Omnibus his locis substantivo ὕβρις neque adjectivum nec pronomen additum est, cum pronomine correlativo semel reperimus: Suppl. 513. ἡμᾶς δ' ὑβρίζειν οὐκ ἐχρῆν τοιάνδ' ὕβριν. De quo vid. Lob. fig. etym. pag. 506.

Demosth. Androt. 614. Plut. Symp. S. S. 148 E. Aristoph. Plut. 1044. Herod. I, 13, 11.

* ἀγῶνα ἀγωνίζεσθαι.

Alc. 659. καί τοι καλόν γε τόνδ' ἀγῶν' ἠγωνίσω.
Or. 1124. ἔπειτ' ἀγῶνα πῶς ἀγωνιούμεθα;
Hel. 842. πρῶτον δ' ἀγῶνα δεινὸν ἀγωνιούμεθα.
Heracl. 992. ἐπεὶ-ἔγνων ἀγῶνα τόνδ' ἀγωνιούμενος.
Suppl. 428. ἐπεὶ δ' ἀγῶνα καὶ σὺ τόνδ' ἠγωνίσω.
Ion. 944. ἐνταῦθ' ἀγῶνα δεινὸν ἠγωνίσμεθα.

Sophocles Aeschylusque nihil simile exhibent. Andoc. Myst. 4, 2 (§ 20. Bekk.) ἀγῶνα τοιοῦτον ἀγωνίσασθαι. Demosth. Cor. pag. 314 (§. 262 Bekk.) ἀγῶνα ἀγωνίζεσθαι. Pro verbo ἀγωνίζεσθαι usurpatur συμβάλλειν Alc. 1144, δραμεῖν Alc. 505. Iph. Taur. 1455, ὑπερδραμεῖν Alcm. fragm. ap. Stob. VIII, 12.

μάχην ἀγωνίζεσθαι.

Suppl. 639. ᾑρέθην γὰρ ἐν μάχῃ, ἣν οἱ θανόντων ἑπτὰ δεσποτῶν λόχοι ἠγωνίσαντο ῥεῦμα Διρκαῖον πάρα.

Ἣν Dobraeus posuit, pro quo Kirchhoffius retinuit ἵν'. Nec multum interesse videtur, utri lectioni assentiamur, pronomine autem relativo enuntiationes arctius et, meum quidem judicium si sequor, magis more Euripideo conjunguntur.

* *ἅμιλλαν ἐξαμιλλᾶσθαι.*

Hel. 388. *ὦ τὰς τεθρίππους Οἰνομάῳ Πῖσαν κάτα Πέλοψ ἁμίλλας ἐξαμιλληθείς ποτε.*

* *νίκην νικᾶν.*

Suppl. 1063. *ἐνταῦθα γὰρ δὴ καλλίνικος ἔρχομαι. νικῶσα νίκην τίνα;* cf. Plut. Per. IX *νίκας νενικηκώς.*

* *λύμην λυμαίνεσθαι.*

Hel. 1098. *ἅλις δὲ λύμης, ἥν μ' ἐλυμήνω πάρος.*

* *ἄγραν ἀγρεύειν.*

Bacch. 423. *Πενθεῦ, πάρεσμεν τήνδ' ἄγραν ἠγρευκότες.* Meleagr. fragm. Etymol. M. p. 576, 30: *ἐτυμολογεῖ Εὐριπίδης· Μελέαγρε, μελέαν γάρ ποτ' ἀγρεύεις ἄγραν.*

* *πλοκὰς πλέκειν.*

Ion. 834. *ὅδε δ' ἐψεύσατο πάλαι τρέφων τὸν παῖδα κἄπλεκεν κλοκὰς τοιάσδε.*

* *πνοὰς πνεῖν.*

Herc. F. 1079. *πνοὰς θερμὰς πνέω μετάρσι', οὐ βέβαια, πνευμόνων ἄπο.*

* *φυγὴν φεύγειν.*

Hel. 1040. *ἀλλὰ τίνα φυγὴν φευξούμεθα πεδίων ἄπειροι βαρβάρου τ' ὄντες χθονός;* cf. Platon. Legg. IV pag. 706 C. Saepe dativus verbo additur, nec vero *φυγῇ φεύγειν* de vera fuga dicitur, sed semper per translationem.

* *τρυφὴν τρυφᾶν.*

Bacch. 962. *καὶ τρυφᾶν μ' ἀναγκάσεις. — τρυφάς γε τοιάσδ'.*

σιωπὴν σιγᾶν.

Suppl. 298. *οὔτοι σιωπῶσ' εἶτα μέμψομαί ποτε τὴν νῦν σιωπὴν ὡς ἐσιγήθη κακῶς.*

ἀμοιβὰς ἀντιδωρεῖσθαι.

Hel. 159. *θεοὶ δέ σοι ἐσθλῶν ἀμοιβὰς ἀντιδωρησαίατο.* Alibi Euripides *ἀμοιβὰς ἀποδοῦναι* conjungit: Orest. 461. *οἷς-ἀπέδωκεν ἀμοιβὰς οὐ καλάς.* cf. *ἔρανον ἀντιδουλεύειν.*

* *χοὴν χεῖσθαι.*

Orest. 466. *ἐπὶ γὰρ τῷ Κλυταιμνήστρας τάφῳ χοὰς χεόμενος ἔκλυον ὡς κτλ.* Substantivum *χοή* nunquam actio-

nem fundendi denotat, *χύσις* contra, proprie ‚fusio', illius significationem interdum accipit. Aeschylus utrumque substantivum pari modo adhibet: Choeph. 87. *χοὰς χέω*. ibid. 97. *ἐκχέασα γάποτον χύσιν*. Hom. Od. 10, 518. 11, 26. Oed. Col. 477.

χοὴν σπένδειν.

Orest. 1314. *ὦ παρθέν', ἥκεις τὸν Κλυταιμνήστρας τάφον στέψασα καὶ σπείσασα νερτέροις χοάς;* ibid. 1188. *χοὰς κατασπείσουσ' ὑπὲρ μητρὸς τάφου.*

σπονδὴν λείβειν.

Ion. 1038. *δείπνων ὅταν λήγωσι καὶ σπονδὰς θεοῖς μέλλωσι λείβειν.* cf. Aesch. Eum. 54. *λίβα λείβειν.*

§ 10.

Nomina e verbis dicendi, clamandi, lamentandi, canendi similibus pendentia usque aut stirpe aut significatione cognata tum propter eorum inter se affinitatem notionisque similitudinem, tum ea de causa, quod pleraque eorum et actionem et actionis effectum significant, uno eodemque capite pertractanda mihi visa sunt. Ac de priore quidem causa dicendum est poëtas tragicos — inprimis Euripidem — ejusmodi substantiva cum verbis similibus ita conjungere solitos esse, ut permutandis verbis nominibusque significatione plus minusve diversis quam maximam dictionis varietatem affectarent notionumque transitus si minus tollerent, quodammodo tamen diluerent. Inde audaciores illae vocabulorum conjunctiones exierunt, velut hae: *βοὴν ᾄδειν, παιᾶνα στενάζειν, γόον ἰαχεῖν* aliae. Ad alteram causam quod attinet, dubium esse nequit, cum substantivum *ᾠδή* et cantum h. e. canendi actionem, et carmen significet, quin verbis *καλὴν ᾠδὴν ᾄδω* utraque notio inesse possit, ut modo significent „carmen pulchrum cano", modo „cantum pulchrum edo" h. e. pulchre cano. Quod cum non semper adeo facile intelligatur et interdum utrumque possit defendi, conjungendis locis, qui huc spectant, melius quam secernendis,

quantus et qualis utriusque sit usus, demonstrari putavi. Generatim nomina dicendi et canendi id, quod verbi actione efficitur, clamandi et lamentandi nomina ipsam actionem denotant.

Pertinet huc ex Euripide innumerabilis exemplorum multitudo.

* *λόγον λέγειν.*

Hec. 558. *καὶ καθεῖσα πρὸς γαῖαν γόνυ ἔλεξε πάντων τλημονέστατον λόγον.* El. 1055. *μέμνησο, μῆτερ, οὓς ἔλεξας ὑστάτους λόγους.* Orest. 907. *ὑπὸ δ' ἔτεινε* (Hesych. *ὑπέβαλλε*) *Τυνδάρεως λόγους τῷ σφῷ κατακτείνοντι τοιούτους λέγειν.* Iph. Aul. 871. *ἐκκάλυπτε νῦν ποθ' ἡμῖν οὕστινας λέγεις λόγους.* ibid. 1198. *ὃν χρῆν δίκαιον λόγον ἐν Ἀργείοις λέγειν.* Heracl. 507. *τούτων τίς ἂν λέξειε γενναίους λόγους μᾶλλον;* Phaëth. fr. V, 17 (Wagn.) *καὶ λόγους γάμων πέρι λέξῃ πρὸς ἡμᾶς.* Phoen. 460. *λέξεις δ' ἄμεινον τοῦδε δ' ἐνδέξῃ λόγους.* ibid. 1228. *λέξαντες οἷον μήποτ' ὤφελον λόγον.* Suppl. 535. *ἐμοὶ λόγοι μὲν μῆτερ οἱ λελεγμένοι κτλ.* Androm. 911. *αἵ μοι λέγουσαι τούσδ' ἐχαύνωσαν λόγους.* Iph. Aul. 307. *μακροὺς δὲ δοῦλος ὢν λέγεις λόγους.* Orest. 905. *ὅμοιον γὰρ τὸ χρῆμα γίγνεται τῷ τοὺς λόγους λέγοντι καὶ τιμωμένῳ.* (Locus suspectus et ab Hermanno interpreti tributus.) Hel. 663. *ἀπέπτυσα μὲν λόγον, οἷον ἐσοίσομαι. ὅμως δὲ λέξον.* Nec vero ad imperativum *λέξον* accusativus *λόγον* e priore versu referatur necesse est, praesertim si versum 662. spectamus, ubi *λέγε* absolute positum est. *Λόγον λέγειν* = verba facere ab Euripide semel usurpatur: Med. 323. *ἀλλ' ἔξιθ' ὡς τάχιστα, μὴ λόγους λέγε* (conf. Paus. 3, 13, 1. Arist. Ach. 299). Ceteroquin nomen *λόγος* verbo cognato saepissime adjungitur: Soph. Ai. 214. 481, El. 672, Ant. 1045, Oed. R. 755. 358; Aesch. Choeph. 107, Agam. 318. 1047, Eumen. 420, Plat. Gorg. p. 521 et 522 quater, Andoc. Myst. 19, Demosth. Ol. II, 21, Phil. 1, 9. 3, 41, Herod. I, 141 bis etc. etc.

Dehinc similes verborum dicendi nominumque cognatorum conjunctiones breviter enumeremus. *λόγους ἐρεῖν,*

εἰρηκέναι Hel. 945. Herc. F. 1235; λόγους εἰπεῖν, ἐξειπεῖν, ὑπειπεῖν Suppl. 1179, Troad. 715, Ion. 1528, Hipp. 494, Phoen. 1340. λόγον ἀγορεύειν El. 353. λόγους αὐδᾶν Andr. 1093. λόγον προσαυδᾶν Hipp. 821. λόγον σημαίνειν Hec. 542. λόγους φράσαι Ion. 1566. λόγους φθέγγεσθαι Med. 1296. λόγον ἀγγέλλειν Troad. 240. λόγον γεγωνίσκειν El. 807. λόγον βοᾶν Hipp. 572.

*ἔπος εἰπεῖν Heracl. 167, Hipp. 1151, Heracl. 680, Iph. Aul. 1449. Iph. Taur. 1270. ἔπος ἀντειπεῖν Iph. Aul. 1391. ἔπος λέγειν Hel. 442. El. 329. Orest. 1533. Phoen. 881. ἔπος σημαίνειν Hec. 215. ἔπος ἀγγέλλειν Troad. 55. Phoen. 1082 (l. suspect.) ἔπος ἐννέπειν El. 802. ἔπος ὀνομάζειν Hel. 1193. (conf. εἰπεῖν δεινὸν ἔπος Theogn. 414. φάσθαι ἔπος Xenoph. fragm. 6, 2 Schneidewin.)

*μύθους παραμυθεῖσθαι Iph. Aul. 1614. μῦθον λέγειν Rhes. 867, Heracl. 784 (secund. Hartung.) ibid. 812, Med. 356, Phoen. 445. μῦθον εἰπεῖν Hel. 472, Phoen. 918. 1340. Iph. Taur. 1261, Med. 1116. μῦθον ἐρεῖν Suppl. 1069. μῦθον ἀμείβεσθαι Suppl. 479. (Soph. Oed. C. 814 ἀνταμείβεσθαι ῥήματα.)

φάμας αὐδᾶν Hec. 192. ἀγγελίαν κηρύκειν Hel. 1492 cf. ἄγγελμα ἀγγέλλειν. Troad. 712. ἀγγελίαν λάσκειν Iph. Taur. 447. πρόσφθεγμα προσειπεῖν Heracl. 573 v. supra. αὐδὴν κηρύκειν Ion. 916. αὐδὴν θροεῖν Orest. 1249, Troad. 1228.

Similia multa apud Sophoclem, de quo videas Schwarzium, et Aeschylum legimus, cujus nonnulla exempla sequuntur:

λόγον εἰπεῖν Agam. 615. ἔπος φάσκειν Choeph. 93. ἔπος φημίζεσθαι Agam. 1162. ῥῆσιν εἰπεῖν ibid. 1322. ἔπος θροεῖσθαι Eum. 510. ἔπος λέγειν ibid. 531. λόγον εἰρηκέναι Suppl. 246. λόγους φάναι Prom. 686. ῥῆσιν λέγειν Suppl. 615. λόγον γεγωνεῖν Prom. 193. λόγον θωΰσσειν Prom. 391.

λόγον προφωνεῖν Pers. 363. *ἔπος ἀπύειν* ibid. 124. *ἔπος εἰπεῖν* ibid. 714. *μῦθον ἐρεῖν* ibid. 161.

Notio dicendi vel potius id, quod dicto continetur, ubi accuratius definitur, aut verbum nomini cognatum est, aut solum verbum specialem, ut ita dicam, notionem habet. Semper enim objecto, ut sit interius, si non idem, generalior sensus insit necesse est [25]).

λόγον κατηγορεῖν Ion. 936. (cf. Soph. Oed. R. 512. *ἔπη δεινὰ κατηγορεῖν*). *ἔπη ἀπειλεῖν* Suppl. 543. (item Soph. Ai. 312.) **ὄνειδος ἐξονειδίζειν* Iph. Aul. 299: *καλόν γέ μοι τοὔνειδος ἐξωνείδισας* (apud Sophoclem simplex verbum reperitur Phil. 522. Oed. Col. 753). **ἀρὰς ἀρᾶσθαι* Med. 604: *ἀρὰς τυράννοις ἀνοσίους ἀρωμένη.* Phoen. 67: *ἀρὰς ἀρᾶται παισὶν ἀνοσιωτάτας* (cf. Oed. C. 951. *ἀρᾶσθαι πικρὰς ἀράς.* Ant. 427. *ἀρᾶσθαι κακὰς ἀράς.* El. 388. *λόγον ἐπαρᾶσθαι*). **εὐχὰς εὔχεσθαι* Iph. Taur. 617. *μάταιον εὐχὴν — ηὖξω.* (cf. Soph. Oed. C. 484. *ἐπεύχεσθαι λιτάς.* Aesch. Suppl. 1060. *εὔχεσθαι ἔπος*). **πειθὼ πείθειν* Orest. 1620. *πεῖθ' ἐς Ἀργείους μολὼν — πειθὼ τίν'; *χρησμὸν χρῆσαι* Phoen. 410. *ἔχρησ' Ἀδράστῳ Λοξίας χρησμόν τινα.*

Excludenda ab objecto interiore haec sunt: *ὄνειδος ἐρεῖν* Troad. 846. *ἀρὰς φθέγγεσθαι* Phoen. 475. *εὐχὰς ἐρεῖν* Iph. Aul. 1187. *βλασφημίαν φθέγγεσθαι* Ion. 1204. *μέμψιν εἰπεῖν* Rhes. 51. *μόμφὰν αὐδᾶν* Ion. 893.

Longe aliter res se habet, ubi agitur non de genere ac specie, sed de notione, quae dicitur, adjuncta, quam saepissime, praesertim in audaciore sermone poëtico, invenimus in nominum verborumque clamandi, ridendi, ejulandi, lamentandi, canendi conjunctionibus. Quae sive verbo sive objecto sive utrique inest, objectum semper est interius.

---

25) Itaque hoc schema statuendum est:

ἀρὰς ἀρᾶσθαι }
λόγον ἀρᾶσθαι } object. inter.
ἀρὰς λέγειν object. exter.

**γέλωτα γελᾶν* Med. 1128. *τί προσγελᾶτε τὸν πανύστατον γέλων;* (Soph. Ai. 956. *γελᾶν πολὺν γέλωτα.* Plat. Hipp. Maj. 291. *καταγελᾶν πονηρὸν γέλωτα*). **βοὴν βοᾶσθαι* Iph. Aul. 1346. *δεῖν' ἐν Ἀργείοις βοᾶται — τίνα βοήν; σήμαινέ μοι* (cf. Arist. Nub. 1154. *βοάσομαι τἄρα τὰν ὑπέρτονον βοάν,* ad quae Schol.: *παρὰ τὰ ἐκ Πήλεως Εὐριπίδου*). *βοὴν ἀνακαλεῖν* Herc. F. 900. *ἀνακαλεῖς με τίνα βοάν; βοὴν λάσκειν* El. 1211. *βοὰν δ' ἔλασκε τάνδε. βοὴν φθέγγεσθαι* Iph. Taur. 1353. *ἐφθέγξατο βοήν τις* (Kirchh. *βοή τις*). *βοὴν ἀϋτεῖν* Hec. 1071. *βοὰν βοὰν ἀϋτῶ βοάν. βοὴν κελαδεῖν, ἀνοτοτύζειν* Hel. 371. *βοὰν βοὰν δ' Ἑλλὰς κελάδησε κἀνοτότυξεν. βοὴν ἐποτοτύζειν* Phoen. 1040. sq. *ἰήιον βοὰν βοὰν ἐπωτότυξεν. βοὴν ἀνολολύζειν* Troad. 993. *ποίαν βοὴν ἀνωλόλυξας; βοὴν μέλπειν* Troad. 549. *βοὰν τ' ἔμελπον εὔφρονα. βοὴν ᾄδειν* Ion. 92. (*Δελφὶς*) *ἀείδουσ' Ἕλλησι βοάς. βοὴν κελαδεῖν* ibid. 93. *ἃς* (*βοὰς*) *ἂν Ἀπόλλων κελαδήσῃ. φθέγμα γηρύεσθαι* Hipp. 1071. *εἴθε φθέγμα γηρύσαισθέ μοι. αὐδὴν αὔειν, βοᾶν* Ion. 1449. sq. *τίνα αὐδὰν ἀΰσω, βοάσω; αὐδὴν αἰάζειν* Iph. T. 219. *οἰκτρὰν τ' αἰαζόντων αὐδάν. ὄπα κλάγγειν* Ion. 1206. *ἐκ δ' ἔκλαγξ' ὄπα ἀσύνετον αἰάζουσ'. ὄπα βοᾶν* Hel. 1597. *βοᾷ τὴν ἐναντίαν ὄπα. ἰαχὰν θρηνεῖν* Phoen. 1308. *βοᾷ βαρβάρῳ ἰαχὰν στενακτὰν μελπομέναν νεκροῖς δάκρυσι θρηνήσω. ἴακχον στενάζειν* Troad. 1219. *στέναξον, μῆτερ, αἶ αἶ-νεκρῶν ἴακχον. ὠδῖνα καταστένειν* Herc. F. 1028. *ὁ δ' ὥς τις ὄρνις ἄπτερον καταστένων ὠδῖνα τέκνων. στεναγμὸν αὔειν, ἀπύειν* Suppl. 892. sq. *στεναγμὸν τῶν κατὰ χθονὸς νεκρῶν ἀΰσατ', ἀπύσατ' ἀντίφων' ἐμῶν στεναγμάτων κλύουσαι. κραυγὴν αὐδᾶν* Ion. 901. *κραυγάν, ὦ μᾶτέρ, μ' αὐδῶσαν κτλ. πάταγον, στεναγμὸν βρέμειν* Heracl. 832. *πόσον τιν' αὐχεῖς πάταγον ἀσπίδων βρέμειν, πόσον τινὰ στεναγμὸν οἰμωγήν θ' ὁμοῦ; στεναγμὸν ἐκβρυχᾶσθαι* Iph. T. 1368. *οἱ δὲ στεναγμὸν ἡδὺν ἐκβρυχώμενοι κτλ. φθόγγον κελαδεῖν* El. 714. *λωτὸς δὲ φθόγγον κελάδει κάλλιστον. θρῆνον αἰάζειν* Herc. F. 1043. *οὐκ ἀτρεμαῖα*

θρῆνον αἰάξετ', ὦ γέροντες; *οἴκτους οἰκτίξεσθαι. Troad. 154. διὰ γὰρ μελάθρων ἄιον οἴκτους οὓς οἰκτίζῃ. γόους ἐνέπειν El. 144. πάτερ, σοὶ κατὰ γᾶς ἐνέπω γόους. γόους ἐπορθοβοᾶν El. 141. ἵνα πατρὶ γόους νυχίους ἐπορθοβοάσω (Dindorf. ἐπορθρεύσω). στοναχὰς μέλπειν Andr. 1010. ἀγόρους στοναχὰς μέλποντο. ἰαχὰν μέλπειν Med. 150. ἰαχὰν οἵαν ἁ δύστανος μέλπει νύμφα. κέλαδον μουσίζεσθαι Cycl. 485. ἄχαριν κέλαδον μουσιζόμενος. αἴλινον προκλαίειν Phoen. 1521. αἴλινον αἰάγμασιν ἃ τοῖσδε προκλαίω. προσῳδόν, στοναχὰν ἀνακαλεῖσθαι Phoen. 1503. τίνα προσῳδὸν ἢ τίνα — στοναχὰν — ἀνακαλέσομαι; φροίμιον στενάζειν Herc. F. 745. βοᾷ φόνου φροίμιον στενάζων ἄναξ. *ᾠδὴν ᾄδειν, ἐπᾴδειν Troad. 514. καινῶν ὕμνων ἄεισον ἐν δακρύοις ᾠδὰν ἐπικήδειον. El. 863. ἀλλ' ἐπάειδε καλλίνικον ᾠδὰν ἐμῷ χορῷ. ᾠδήν, ὕμνον ἐξαυδᾶν Iph. T. 179. ἀντιψάλμους ᾠδὰς ὕμνον τ' Ἀσιήτην — ἐξαυδάσω. ᾠδὴν μέλπειν Cycl. 69. ἴακχον, ἴακχον ᾠδὰν μέλπω. ὕμνον ἠχεῖν Ion. 891. ἀχεῖ μουσᾶν ὕμνους εὐαχήτους. ὕμνον ἀντηχεῖν Med. 426. ἐπεὶ ἀντάχησ' ἂν ὕμνον ἀρσένων γέννᾳ. μέλος ἀντικλάζειν Bacch. 1046. βακχεῖον ἀντέκλαζον ἀλλήλαις μέλος. μέλος ἐπαυλεῖν Herc. F. 887. δάιον μέλος ἐπαυλεῖται. μέλος ὑμνεῖν Med. 540. Ὀρφέως κάλλιον ὑμνῆσαι μέλος. μέλος ἰαχεῖν Troad. 517. νῦν γὰρ μέλος εἰς Τροίαν ἰαχήσω. μέλος κατᾴδειν Iph. T. 1305. κατῆδε βάρβαρα μέλη μαγεύουσα. μολπὴν ᾄδειν Herc. F. 679. καλλίνικον ἀείσω-μολπὰν καὶ Λίβυν αὐλόν. ἐνοπὴν μέλπειν Ion. 889. ὦ τᾶς ἑπταφθόγγου μέλπων κιθάρας ἐνοπάν. παίγματα βρέμειν Bacch. 158. λωτὸς ὅταν εὐκέλαδος ἱερὸς ἱερὰ παίγματα βρέμῃ. θέσπισμα φθέγγεσθαι Ion. 737. εἴ τι Λοξίας ἄναξ θέσπισμα-ἐφθέγξατο. παιᾶνα ἀντηχεῖν Alc. 437. καὶ μένοντες ἀντηχήσατε παιᾶνα τῷ κάτωθεν ἀσπόνδῳ θεῷ. παιᾶνα μέλπειν Ion. 912. σὺ δὲ κιθάρᾳ κλάζεις παιᾶνας μέλπων. Cycl. 657. καλός γ' ὁ παιάν· μέλπε μοι τόνδ', ὦ Κύκλωψ. παιᾶνα κελαδεῖν Herc. F. 689. παιᾶνας δ' ἐπὶ σοῖς μελά-

θροις-κελαδήσω. *παιᾶνα ἐπευφημεῖν* Iph. T. 1371. ναῦται δ' ἐπευφήμησαν εὐχαῖσιν κόρης παιᾶνα. *παιᾶνα στενάζειν* Troad. 580. τί παιᾶν' ἐμὸν στενάζεις; *μοῦσαν ὑμνεῖν* Iph. T. 184. τὰν ἐν θρήνοισιν μοῦσαν, τὰν — Ἅιδας ὑμνεῖ. *μοῦσαν μέλπεσθαι* Phoen. 788. λωτοῦ κατὰ πνεύματα μέλπει μοῦσαν. *ὑμέναιον βοᾶν* Troad. 336. βοᾶτε τὸν ὑμέναιον. *ὑμέναιον συρίζειν* Alc. 591. συρίζων ποιμνίτας ὑμεναίους. *στεναγμόν, γόον, ᾠδήν, χορὸν ἰαχεῖν* Herc. F. 1014 sqq. ἐς-τίνα στεναγμὸν ἢ γόον ἢ φθιτῶν ᾠδὰν ἢ τὸν Ἅιδα χορὸν ἰαχήσω;

Quem exemplorum numerum si consideramus, Euripidem talium conjunctionum usum maxime excoluisse apparet. Varietate autem Aeschylum et Sophoclem multo superavit, aequavit audacia. Quod patet ex eorum comparatione. Et Sophocles quidem conjungit μέλος, ὄπα, ἰωὰν βοᾶν, βοὴν θωΰσσειν, κωκυτόν, γόους ἠχεῖν, ὀδύρματα γοᾶσθαι, ᾠδὰς θρηνεῖν, γόους δακρύειν, στόνον ἀποκλαίειν, φθόγγον ἀνακωκύειν, βοὰς ἀπορροιβδεῖν, Aeschylus: ὀλολυγμὸν λάσκειν, Agam. 595, θρῆνον ὑμνῳδεῖν ibid. 990, ὕμνον ὑμνεῖν ibid. 1474, ἐπινίκια κλάζειν ibid. 174, γόον μέλπειν ibid. 1240, παιᾶνα ἐξαυδᾶσθαι Choeph. 151, οἶκτον οἰκτίζεσθαι Eum. 515, παιᾶνα ἐφυμνεῖν Pers. 393, ὕμνους ἐπευφημεῖν ibid. 620, μέλος ἰύζειν ibid. 1042. Suppl. 808, βοὴν ἰύζειν Suppl. 272, γόον κλάγξαι ibid. 948, ὕμνον ἠχεῖν, παιᾶνα ἐπιμέλπειν Sept. 867 sqq., μέλος ὑμεναιοῦν Prom. 555 sq., ὀδυρμούς, γόους φθέγγεσθαι ibid. 33 sq., γόον θρηνεῖν Aesch. fr. ap. Bekk. Anekd. 349, 7. μέλος κλάζειν Orith. fr. ap. Dind. 265.

Locorum, quos supra attuli ex Euripide, satis magnam partem enumerat Wunderus l. c. pag. 59 sqq., ita vero, ut homoeosemorum verborum conjunctionibus semper apponat stirpe cognata, quasi haec illis analogiam praebuerint. Primum autem horum quidem permulta neque ita conjunguntur, nec omnino a poëtis tragicis usurpantur. Pagina 63. legimus: ἀπορροιβδεῖν βοάς nach ῥοῖζον. ῥοίζειν (ῥοιζεῖν?). Cum vero ῥοῖζος et ῥοίζειν neque apud poëtas tragicos re-

periantur, nec ceterum usquam conjungantur, unde duxerit poëta hanc analogiam non intelligo. Deinde vero substantiva diversissima, dummodo, disjunctis scilicet locis, eidem verbo adjungantur, sine ullo discrimine confunduntur. Num ita, quaeso, constructiones hasce; ἀράς, βλασφημίαν, βοήν, γόους, θέσπισμα, λόγους, ὀδυρμοὺς φθέγγεσθαι explicabimus, ut ad priorem hanc: φθέγμα φθέγγεσθαι, quae nusquam legitur, cunctas reducamus?

§ 11.

Sequitur, ut de veris actionis nominibus disseramus. Ac primum quidem ea nobis tractanda sunt, quibus aut motus aut status notio inest: respondent enim iis, quae paragrapho septima, ubi de nominibus effecti egimus, pag. 17. enumeravimus. Accedunt nonnulla substantiva proprie concreta, quae per metonymiam quandam notionem abstractam acceperunt, haec: ὁδός, ἕδρα, θᾶκος.

Discrimen autem hoc loco faciendum est inter verba transitiva et intransitiva. Nomina enim a verbis transitivis ducta, sive transitivis sive intransitivis verbis adduntur, semper, nomina, quae a verbis intransitivis ducta sunt aut iis respondent, ita tantum, ut verbis intransitivis adjungantur, objecta sunt interiora. Verba, quae modo intransitiva modo transitiva usurpantur, si cum hujus generis nominibus conjunguntur, utrum huc recurrant necne, in dubio relinquunt [26]). Id unum excipiendum est, quod objectum verbo intransitivo respondens, transitivo additum, si verbo alterum objectum adjungitur, semper est interius [27]).

ἤλυσιν βαίνειν.

Phoen. 847. ὡς ἐμὸν κάμνει γόνυ, πυκνὴν δὲ βαίνων ἤλυσιν μόλις περῶ.

---

26) κίνησιν κινεῖν } object. inter.
κίνησιν ἰέναι }
ὁδὸν ἰέναι }
ὁδὸν κινεῖν . . obj. exter.
ὁδὸν σπεύδειν . . dub. obj.

27) velut: κινῶ σε ὁδόν.

ἤλυσιν διώκειν (?)

Herc. F. 1030. [*ὁ δὲ πρέσβυς*] *ὑστέρῳ ποδὶ πικρὰν διώκων ἤλυσιν πάρεσθ' ὅδε.* (Verbo *διώκειν* Aeschylus utitur intransitivo pro *ὁρμᾶσθαι, σπεύδειν* [28]).

ὁδὸν ἰέναι, πέμπειν.

Med. 1055. *ἀλλ' εἶμι γὰρ δὴ τλημονεστάτην ὁδὸν καὶ τούσδε πέμψω τλημονεστέραν ἔτι.* cf. Soph. Ai. 738. *ὁδὸν πέμπειν* (Schwarz. l. c. pag. 14. med.)

ὁδὸν ἐξιέναι.

Alc. 610. *ὑμεῖς δὲ τὴν θανοῦσαν-προσείπατ' ἐξιοῦσαν ὑστάτην ὁδόν.* cf. Soph. Ai. 286. *ἐξόδους ἕρπειν.*

ὁδὸν προβαίνειν.

Alc. 273. *ἄφες οἵαν ὁδὸν ἁ δειλαιοτάτα προβαίνω.* cf. Soph. Ai. 994. *ὁδὸν βαίνειν*, Ant. 807. *ὁδὸν στείχειν.* Aesch. Agam. 80. *ὁδοὺς στείχειν.*

ὁδὸν ἥκειν.

Andr. 1098. *τίνος ἕκατι κτείνετ' εὐσεβεῖς ὁδοὺς ἥκοντα;* cf. Soph. Ant. 988. *ὁδὸν ἥκειν.*

ὁδὸν ἐλθεῖν.

Alc. 1156. (in codd. BC, vid. Kirchh.) *ἀλλ' εὐτυχοίης, νόστιμον δ' ἔλθοις ὁδόν.* Soph. Oed. R. 67. *ὁδὸν ἐλθεῖν.*

ὁδὸν μετελθεῖν.

Ion. 935. *μετῆλθες ἄλλων πημάτων καινὰς ὁδούς.*

ὁδὸν σπεύδειν. (?)

Ion. 1228. *πᾶσα δὲ ζητεῖ πόλις τὴν ἀθλίως σπεύσασαν ἀθλίαν ὁδόν.*

ὁδὸν κέλλειν. (?)

Rhes. 891. *οἵαν ἔκελσας ὁδὸν ποτὶ Τροίαν.* cf. Hec. 1035: *πᾷ κέλσω* h. e. quo me convertam?

ὁδὸν ἀφικνεῖσθαι.

Heracl. 38. *ὧν ἕκατι τέρμονας κλεινῶν Ἀθηνῶν τήνδ' ἀφικόμεσθ' ὁδόν.* (*ὁδόν* conjectura est Stephani. libri ex-

28) Aesch. Sept. 91. loc. corrupt., vid. Dindorf. a. h. v. Media verbi forma apud Soph. legitur: El. 871.

hibent ὅρον, cod. B.: τόνδ'. Kirchhoffius: τούσδ' ἀφικόμεσθα νῦν (δή).)

*συνάντησιν συναντεῖν.

Ion. 546. ὁ δὲ λόγος τίς ἐστὶ Φοίβου; τὸν συναντήσαντά μοι — τίνα συνάντησιν; κτλ.

νόστον ἰέναι.

Iph. Aul. 1189. νόστον πονηρὸν οἴκοθέν γ' αἰσχρῶς ἰών.

νόστον περᾶν. (?)

Rhes. 416. μέλλοντι νόστον τὸν πρὸς Ἴλιον περᾶν κτλ.

ἀγῶνα δραμεῖν.

Iph. Aul. 1455. δεινοὺς ἀγῶνας διὰ σὲ δεῖ κεῖνον δραμεῖν. (ἀγῶνα ὑπερδραμεῖν Alcm. fr. Stob. VIII, 12). Soph. Trach. 159: ἀγῶνας ἐξιέναι (cf. Schwarz p. 16).

*στρατείαν στρατεύειν.

Suppl. 116. οἶσθ' ἣν στρατείαν ἐστράτευσ' ὀλεθρίαν. στρατείαν στρατεύειν, στρατεύεσθαι: Dem. 545, 15. Lys. Theomn. A, 25. Isae. Arist. 25. Polyb. 6, 19, 3. στρατείαν ἐξιέναι Thuc. 1, 15, συνελθεῖν ibid. 1, 3, ὁρμᾶν Xen. Anab. 6, 20. ἔξοδον στρατεύειν Polyb. 3, 11, 5. — — φυγὴν φεύγειν vid. supr. cf. Aesch. Sept. 191.

*στάσιν ἑστάναι.

Bacch. 918. τί φαίνομαι δῆτ'; οὐχὶ τὴν Ἰνοῦς στάσιν η τὴν Ἀγαύης ἑστάναι μητρός γ' ἐμῆς;

*ἕδραν ἵζειν.

Rhes. 501. ὃν ἵζειν φὴς σὺ κλωπικὰς ἕδρας.

ἕδραν θάσσειν.

Herc. F. 1201. εἶεν· σὲ τὸν θάσσοντα δυστήνους ἕδρας αὐδῶ. cf. Soph. Alead. fr. Dind. 109. ἕδραν θακεῖν, Oed. Col. 1166. ἕδραν προσθακεῖν, Oed. R. 2. ἕδραν θοάζειν. (vid. Schwarz. p. 16 sub fin.) Arist. Thesm. 889. ἕδρας θάσσειν. (Aesch. Eumen. 41. et 892. ἕδρας προστροπαίους ἔχειν.)

ἕδρας προσπίτνειν.

Phoen. 293. γονυπετεῖς ἕδρας προσπίτνω σ' ἄναξ.

θᾶκον προσκαθίζειν.

Hel. 894. καὶ προσκαθίζω θᾶκον οὐκ εὐδαίμονα.

§ 12.

Cetera jam actionis nomina in quaestionem veniunt.

* *αἵρεσιν αἱρεῖσθαι.*

Iph. Aul. 1364. *αἱρεθεὶς ἑκών.-πονηράν γ' αἵρεσιν μιαιφονεῖν.*

* *προδοσίαν προδοῦναι.*

Hel. 1634. *ἥ με προύδωκεν. καλήν γε προδοσίαν, δίκαια δρᾶν.*

Loci, quos modo attuli, huc ita recurrunt, si ad accusativos *αἵρεσιν* et *προδοσίαν* verba respondentia referuntur. Lobeckius (d. fig. etym. § 6) substantiva casu accusativo posita absolute dicta habet et enuntiationibus, quantum ad appositiones attinet, exaequat hanc: *πῶς ἄν μοι κατεγινώσκετε; χαλεπὴν κατάγνωσιν* (Apoll. Epist. XIV, 395). Nec vero post interrogationem, quae directum requirit responsum, aliquantisper suspenditur oratio, sed ipsa *τοῦ καταγιγνώσκειν* notio repetitione urgetur. Sic locis Euripideis tantum abest, ut accusativi intervallo sequantur, ut concitatione quadam animi oratio si minus interrumpatur, at vehementer excipiatur. Ceterum aubvenit locus Medeae v. 692: *πότερον ἐρασθεὶς ἢ σὸν ἐχθαίρων λέχος; μέγαν γ' ἔρωτα.* Accusativus *ἔρωτα* enim etiam altero verbo (*ἐχθαίρων*) interposito vel potius eam ipsam ob causam e participio *ἐρασθείς* pendet. Similiter conjunguntur haec verba:

* *ἄρνησιν ἀρνεῖσθαι.*

Orest. 1591 sq. *ἀρνῇ κατακτὰς κἀφ' ὕβρει λέγεις τάδε; λυπράν γε τὴν ἄρνησιν.* —

Interdum Euripides, etiam magis ut premat notionem, vocabula cognata ter ponit:

* *κρύψιν κρύπτεσθαι.*

Bacch. 948. *κρύψῃ σὺ κρύψιν ἥν σε κρυφθῆναι χρεών.* cf. Ael. Hist. Ann. V, 2. *κρύψιν κρύπτειν.*

* *δέξιν δέχεσθαι.*

Iph. Aul. 1183. *ἐφ' ῇ (προφάσει) σ' ἐγὼ καὶ παῖδες αἱ λελειμμέναι δεξόμεθα δέξιν ἥν σε δέξασθαι χρεών.*

Kirchhoffius antecedentibus commutatis versibus (1180 et 1181) enuntiationem relativam ita mutavit, ut pendeat a substantivo *μισθός*.

Substantivum *ὄψις*, proprie quidem ipsam videndi actionem, saepe idem significat atque *πρόσοψις* h. e. aspectus, visus nec raro similem substantivi *θέαμα* significationem accipit. Idem in substantivum *θέα* valet. Lobeckius l. c. pag. 511 sq. multa exempla affert, quibus nomina *θέα* et *ὄψις* saepissime idem significare atque *θέαμα* demonstret. Quod utrum concedendum sit an discrimen, quamvis subtile obtineat, hoc loco disceptare longum est. Ejus modo rei mentionem fecerim, quod Lobeckius l. c. ipse affert Herodiano locum (3, 8 pag. 68, 31): *εἴδομεν θέας θεαμάτων*, pro quo rectissime dici potest *ὄψεις θεαμάτων*, sed quid sunt *θεάματα θεαμάτων*?

Apud Euripidem substantiva *ὄψις* (*πρόσοψις*) et *θέα* varia significatione reperiuntur.

πρόσοψιν ἰδεῖν.

Orest. 1020. *ὥς σ᾽ ἰδοῦσ᾽ ἐν ὄμμασι πανυστάτην πρόσοψιν ἐξέστην φρενῶν.*

ὄψιν ἰδεῖν.

Iph. Taur. 149. *οἵαν ἰδόμαν ὄψιν ὀνείρων νυκτός.*

ὄψιν προσδέρκεσθαι.

Hel. 558. *τίς εἶ; τίν᾽ ὄψιν σήν, γύναι, προσδέρκομαι;*

Appositio cernitur hisce locis:

ὄψιν λεύσσειν.

Bacch. 1221. *λεύσσω γὰρ αὐτήν, ὄψιν οὐκ εὐδαίμονα.*

ὄψιν εἰσορᾶν.

Orest. 717, *ἀλλ᾽ εἰσορῶ γὰρ τόνδε φίλτατον βροτῶν Πυλάδην δρόμῳ στείχοντα Φωκέων ἄπο, ἡδεῖαν ὄψιν.*

Superest locus, de quo fusius disputavit Lobeckius l. c. § 4. init.:

θέαν ἰδεῖν.

Hipp. 804. *ἐκλύεθ᾽ ἁρμούς, ὡς ἴδω πικρὰν θέαν γυναικός, ἥ με κατθανοῦσ᾽ ἀπώλεσεν.*

Revera autem suspitione non caret. Et libri quidem

praestantiores, AEB, pro verbis *πικρὰν θέαν* exhibent *δυσδαίμονα*, quod servat Kirchh. Sensum ita locus non praebet nisi, ut recte dicit Nauckius, deleto versu eo, qui sequitur. Paulo melius ferri potest lectio codd. BC bc: *τὸν δαίμονα.* Illa prima vero lectio (*πικρὰν θέαν*), quamquam eo loco, quo ap. Lascar. et Ald. legitur, jure pulsa est, tamen ceteris plus habet coloris Euripidei; quamobrem in multis editionibus ex sequentibus versibus huc translata est.

* *ἁμαρτίαν ἁμαρτάνειν.*

Hipp. 320. *Θησεύς τιν' ἡμάρτηκεν εἰς σ' ἁμαρτίαν;* Soph. Phil. 1248. *ἁμαρτίαν αἰσχρὰν ἁμαρτὼν ἀναλαβεῖν πειράσομαι.* (Plat. Gorg. 526: *ἰάσιμα ἁμαρτήματα ἁμαρτεῖν.*)

ὄνησιν τέρπεσθαι.

Orest. 1042. *τέρπου κενὴν ὄνησιν, εἰ τερπνὸν τόδε κτλ.* Sophocles cognatis vocabulis utitur: Teucr. fr. 516 (Nauck.): *ὡς ἄρ', ὦ τέκνον, κενὴν ἐτερπόμην σοῦ τέρψιν εὐλογουμένου ὡς ζῶντος,* ubi additur genetivus personae.

§ 13.

Saepe etiam adjectivis et pronominibus objectum interius inest, ita vero, ut verbis proprie intransitivis adjungantur. Ad transitiva verba quod attinet, una valet exceptio, de qua statim agetur. Adjectiva enim illa et pronomina aut genere et numero indicant ipsum objectum h. e. substantivum esse omissum, aut neutra indefinita sunt singularis vel pluralis numeri. Et priore quidem in parte, utrum transitivum sit verbum an intransitivum, nihil momenti affert. Cujus generis exempla apud Euripidem desunt. Aesch. Agam. 1345: *ὤμοι μάλ' αὖθις, δευτέραν πεπληγμένος.* Soph. El. 1415: *παῖσον, εἰ σθένεις, διπλῆν.* Neutra indefinita multo saepius adhibentur [29]). Quae aut rem denotant, ad quam pertinet verbi actio, aut actionem verbi

29) Curtius, Schulgramm. § 401.

definiunt et quodammodo adverbiorum vice funguntur [30]). Dubium autem non est, quin haec altera tantum eorum pars huc revocanda sit. Exempla afferam haec: Iph. A. 996. *σεμνὰ σεμνύνομαι.* Med. 1164. *ἁβρὸν βαίνουσα.* Dan. fragm. *γῇ δ' ἠρινὸν θάλλουσα.* (Aesch. Ag. 337. *ἀφύλακτον εὕδειν,* Od. 13, 74. *νήγρετον εὕδειν*). Conferantur autem adverbia comparativa et superlativa. Quid enim? Num alio modo conjunguntur verba *μέγα φρονῶν* (Phoen. 41), alio *μεῖζον ἢ Θήβας φρονεῖν* (Phoen. 704) vel *οὐκ ἔλαττον Ἄρεος εἰς μάχην φρονῶν* (Phoen. 1135)?

Saepissime neutra adjectivorum verbis dicendi, clamandi, canendi adjunguntur, quibus verbis, ut huc pertineant, intransitiva notio tribuenda est. Alc. 552. *ἄσημα λέγειν,* ibid. 805. *ὀρθὰ λέγειν,* Hipp. 119. *μάταια βάζειν,* Herc. F. 1184. *εὔφημα φωνεῖν,* Iph. Aul. 143. *εὔφημα θροεῖν,* ibid. 1346. *δεινὰ βοᾶσθαι,* Alc. 772. *ἄμουσ' ὑλάκτειν,* Med. 1184. *δεινὸν στενάζειν,* Alc. 106. *τί τόδ' αὐδᾶς;* Bacch. 70. *τὰ νομισθέντα ὑμνεῖν.*

§ 14.

Verborum nominumque cognatorum conjunctioni opponitur altera objecti interioris pars, cui nulla est nec stirpis nec significationis similitudo [31]). Duplici autem modo objectum verbo adjungitur, aut enim accusativus verbum definit aut effectum actionis denotat.

γάμους δαινύναι, Iph. Aul. 705. *ἐνταῦθ' ἔδαισαν Πηλέως γάμους θεοί.* ibid. 719. *κἄπειτα δαίσεις τοὺς γάμους ἐς ὕστερον;* cf. Od. 4, 3. *τὸν δ' εὗρον δαινύντα γάμον κτλ.* Il. 19, 299. *δαίσειν δὲ γάμον μετὰ Μυρμιδόνεσσιν.* — *γάμους χορεύειν,* Iph. Aul. 1056. *πεντήκοντα κόραι Νηρέως γάμους ἐχόρευσαν.* — *φόβον ἀγγέλλειν,* ibid. 52. *εἰς καιρὸν ἦλθες, καίπερ ἀγγέλλων φόβον.* — *φόβον κτυ-*

30) Schoemann, Ueb. d. Redeth. p. 148 sqq.

31) Curtius, Schulgramm. §. 409, c. d. Schwarz, l. c. pag. 17 sq.

πεῖν, ibid. 296. πόλλοισι σὺν κώδωσιν ἐκτύπει φόβον. cf. Aesch. Sept. 386. κλάζουσι κώδωνες φόβον. — ἔκπληξιν ἀντεῖν, Phoen. 1277. τίν᾽, ὦ τεκοῦσα μῆτερ, ἔκπληξιν νέαν φίλοις ἀντεῖς; — ἄλγος βοᾶν, Troad. 1301. ἄλγος, ἄλγος βοᾶς. — κραυγὴν πυρσεύειν, El. 693. sqq. ὑμεῖς δέ μοι, γυναῖκες, εὖ πυρσεύετε κραυγὴν ἀγῶνος τοῦδε. Analogiam praebuisse videtur: σέλας πυρσεύειν, Hel. 1126. πολλὰ δὲ πυρσεύσας φλογερὸν σέλας ἀμφιρύταν Εὔβοιαν εἷλ᾽ Ἀχαιῶν μονόκωπος ἀνήρ. cf. Aesch. Prom. 356. ἐξ ὀμμάτων δ᾽ ἤστραπτε γοργωπὸν σέλας (Accus.) — νοσεῖν ἀπαιδίαν, Ion. 632. οὐ γὰρ ἀξία πατέρων ἀπ᾽ ἐσθλῶν οὖσ᾽ ἀπαιδίαν νοσεῖν (Altera lectio: ἀπαιδίᾳ νοσεῖν. Nauckius a. h. v.: versus jejunus et paene absurdus, itaque ἀπαιδίαν νοσεῖν retinuerim. — φλόγα ἀναβλέπειν, Ion. 1265. οἵαν ἔχιδναν τήνδ᾽ ἔφυσας ἢ πυρὸς δράκοντ᾽ ἀναβλέποντα φοινίαν φλόγα. cf. Aesch. Sept. 50. λεόντων ὡς Ἄρη δεδορκότων. ibid. 498. φόνον βλέπων (Pers. 81 λεύσσων δέργμα δράκοντος). Aeschylus saepius verbo πνεῖν utitur cum ejusmodi nomine conjuncto, sic πνεῖν Ἄρη, φόνον, κότον, μένος, φλόγα: Ag. 1235, 1309, Choeph. 33, 951, Eumen. 840, Prom. 359.

Rarius objectum actionis effectum denotat: ἱππεύειν κελάδημα, Phoen. 212. Ζεφύρου-ἱππεύσαντος ἐν οὐρανῷ κάλλιστον κελάδημα. — πλήρωμα ἀθροίζειν, Ion. 676. ἀλλὰ τῶν φίλων πλήρωμ᾽ ἀθροίσας βουθύτῳ σὺν ἡδονῇ πρόσειπε. — ἄτην αἱμάσσειν, Iph. Taur. 225. sq. ἀλλ᾽ αἱμόρραντον δυσφόρμιγγα ξείνων αἱμάσσουσ᾽ ἄταν βωμούς. — φόνον τιτρώσκειν, Suppl. 1213. ᾗ δ᾽ ἂν διοίξῃς καὶ τρώσῃς φόνον κτλ. — σφαγὰς τιτρώσκειν, τετρωμένους δ᾽ ἰδοῦσα καιρίους σφαγὰς ᾤμωξεν.

§ 15.

Paragraphis iis, quae praecedunt, diversa objecti genera secundum nominum significationem rationemque inter ea et verba intercedentem pertractavimus. Manifestum

autem est, quoniam objecti interioris naturam atque genera subtilius definire complectique ad extremum reservavimus, generatim illud tantummodo et ad nominum formationem potuisse fieri. Nec, cum certus tantum enumerandi ordo servandus esset, qui quam maxima perspicuitate rationi, qua accusativum objecti interioris explicamus, conveniret, ubi opus esse visum est, quin etiam ab illo praecepto discedere dubitavimus.

Nunc, quandoquidem exempla omnia in promtu habemus, quoscunque reperimus objectorum accusativos, ad genera revocemus. Objectum, quod dicitur, interius duplex est. Prius ejus genus objectum effecti nominaverim. Indicat enim, quo actio verbi intenta sit, quid efficiat vel effecerit. Alterum genus objectum est actionis, nomen enim, quo verbi notio infinitivi ratione continetur, quemadmodum actio verbi efficiatur, denotat. Objectum igitur effecti verbi actione efficitur, eo autem, quod ad effectum pervenit, substantialiter, ut ita dicere mihi liceat (*αὐθυπάρκτως*), opponitur verbo et similitudinem quandam, specie scilicet, exterioris, quod dicitur, objecti accipit: objectum actionis una cum verbi actione incipit, permanet, finem capit. Duo haec objecti interioris genera cum nonnunquam inter se contingant, non semper facile possunt disjungi. Quae res eo dijudicatur, quod objecti actionis vice semper adverbialis, quam dicunt grammatici, pronuntiatio potest fungi. Ipsum autem objectum, quod modum denotat, non sine adjectivi vel pronominis vel enuntiationis adjunctae ponitur additamento, quod quidem adverbio reddi potest.[32]) Attributum enim hoc aut rei, ad quam actio pertinet, aut ipsi verbo tribuendum est.

Iam si ad singulos locos nos convertimus, verba, quae legimus Ion. v. 1525: *φίλον μὲν οὖν σ' εὕρημα, μῆτερ, εὕρομεν* sic mutari possunt: *φίλον τι, μῆτερ, εὕρομέν σε* (etwas Liebes habe ich in dir gefunden, einen theuern Fund

32) Excipiuntur paucissimae verborum conjunctiones, de quibus disseruit Lobeckius l. c. pag. 504.

habe ich an dir gethan). Quae si comparamus cum isto Sophocli loco, Naupl. fr. 396. ἐφεῦρε σταθμῶν-εὑρήματα, verum objectum interiori subjungitur casu genetivo. Inde fit, ut objecto interiore saepe ipsa res, in quam transit actio verbi, significetur (ὕβρισμα Orest. 1038, νύμφευμα Troad. 420 etc.). Quod si cum verbo cognato conjungitur, objectum est exterius, cui cum interiore nil nisi forma communis est. Objectum enim, quod reapse fingimus exstare, priusquam coepit verbi actio, interius nullo modo est. Inde dubitationes illae de nominibus concretis, sintne objecto interiori adscribenda necne, ortae videntur. Itaque quasnam rationes secutus sit Schwarzius nescio, cum ad definitionem suam: „das innere Object umfasst diejenigen Accusative, welche abhängig sind von einem Verbum, welches das dem substantiv. Begriffe zu Grunde liegende bedeutungsvollste Attribut ebenfalls in sich enthält" adjiceret: „ausgenommen natürlich den Fall, dass an dem Object selbst die Handlung vollzogen wird", tamen omnia nomina abstracta, quasi hoc per se intelligeretur, objecto interiori adscriberet, concreta excluderet. Minime enim in animum possum inducere, quomodo, haec si ponimus, verba μάθημα μανθάνειν h. e. artem discere huc pertineant, ita scilicet rem interpretantes, ut ars illa sit constituta et conclusa, quae doceatur, non fiat μάθημα una quaque discendi actione. Ὠιδή vel simile substantivum (μέλος, ὕμνος), ubi carmen significat fictum modulatumque, si cum verbo ᾄδειν conjungitur, verbi actio aeque fit in objecto atque in messe, si metitur[33]), vel epulo, si comeditur[34]). Hoc loco ut pauca de nominibus concretis adjiciam, hac re optime comprobatur discrimen, quod supra feci de admittendis removendisve nominibus rerum. In substantium τεῖχος non transit verbi τειχίζεσθαι actio, sed muniendo efficitur murus, sicut τῷ πράττεσθαι

33) θέρος θερίζειν } Schwarz, l. c. pag. 4 extr.
34) δαῖτα δαίνυσθαι }

efficitur *πρᾶγμα*. Haud alio modo, quod Ion eam reperit, Creüsa fit *φίλον εὕρημα*.

Objectum quod vocavi actionis non magnas difficultates praebet. Quae nomina actionis vere dicuntur huc omnia revocanda sunt. Exempla pauca sufficiant: *δεξόμεθά σε δέξιν ἥν σε δέξασθαι χρεών* = *δεξόμεθά σε οὕτως ὡς κτλ.*; *προσγελᾶτε· πανύστατον γέλων* = *προσγελᾶτε ὕστατον*. Accedunt autem ex parte quidem nomina affectuum, sic: *φιλεῖ μιν παντοίην φιλότητα* = *παντοίως*. *φόβον κενὸν φοβεῖσθαι* = *κενῶς* h. e. *ματαίως φοβεῖσθαι*. Substantivum *φόβος* contra ubi terriculamentum significat, ad modum non pertinet. Eadem ratione, cum substantivum *πάθος* non passionem [35]), sed malum significet, quod in homines incidit, verba *παθεῖν δεινὸν πάθος* non significant *δεινῶς παθεῖν*, verum *δεινόν τι παθεῖν*. Sed terriculamenta haec et mala, quae extrinsecus in hominum animos irrumpunt actionemque verbi respondentis excitant, nonne in iis habenda sunt, quae supra ab objecto interiore secrevi? Minime, opinor. Sicut enim dolor cogitari non potest, quin sentiatur, sic personae quoque, res, eventa per se timoris malive nihil habent, sed timendo atque patiendo *φόβοι* fiunt et *πάθη*.

Quae si complectimur, eadem ratio intercedit inter: *πάθη μέλεα πάσχειν* et: *φόβον κενὸν φοβεῖσθαι*, quae inter: *κτήματα ἄδικα κτᾶσθαι* et: *τέρψιν κενὴν τέρπεσθαι* conspicitur. Ceterorum, quae hic forte veniunt in quaestionem, substantivorum una cum verbis, de quibus paragrapho proxima agetur, mentionem faciam.

§ 16.

Non enim objectum solum facit momentum in distinguendis objecti interioris generibus, sed verbi genus atque significatio arctissime cum eo cohaeret. Accusativus ob-

35) Sane partes interdum suscipit vocis rarissimae *πάθησις*.

jecti interioris verborum transitivorum neutrorumque ita tollit discrimen, ut quodque verbum cum eo possit conjungi. Nihilominus autem cavendum nobis est, ne objectum interius utriusque generis verbis pariter adjungi putemus, id ipsum enim, quo modo verbum usurpetur transitivum, alterum maximum est discrimen. In universum quidem potest dici verba transitiva effecti plerumque objectum, intransitiva actionis sibi adjungere. Verba autem, quae non rei, sed personae proprie regunt objectum (*γαμεῖν, νυμφεύεσθαι*), ubi cum accusativo conjunguntur nominis cognati, huic si adjectivum additum est, semper objectum actionis adsciscunt (*γήμειας τοιούτους γάμους* = *οὕτως, νυμφεύομαι νυμφεύματ᾽ αἰσχρά* = *αἰσχρῶς*). Et saepius quidem objectum actionis transitivis verbis adjungitur, intransitiva verba cum effecti objecto rarissime inveniuntur. Ad haec quod attinet, ne nomina quidem effecti ullius momenti sunt. Maxime hoc elucet in conjunctione verborum nominumque, quae motum et statum denotant, cum enim multum intersit inter substantiva *βάσις* et *βῆμα*, quapropter actionis objectum invenimus illud, hoc effecti (El. 952: *τὸ πρῶτον βῆμα δραμεῖν*), *δρόμημα* contra et *πήδημα* ceteraque omnia ab actione currendi vix possunt discerni. Substantivum *πτῶμα* ad nomina status pertinet: sicut enim labendi actionem designat *πτῶσις*, corpus ubi lapsum est, jacendi status denotatur substantivo *πτῶμα*. Sequuntur verba, quae et transitiva sunt et intransitiva. Quibus si accusativus nominis cognati adjungitur, non ita facile est dijudicatu, utrum ad effectum pertineat objectum an ad actionem; neque haec res ad certam normam potest dirigi, sed uno quoque loco disceptanda est. Satis jam habeo adhuc commemorasse verbum intransitivum *ζῆν*, cui si adjungitur substantivum *βίος*, hoc actionem plerumque denotat, velut his locis: Eur. fr. ap. Stob. 108: *θεοῦ βίον ζῆν* = *ὡς θεὸς ζῆν*. Ion. 56. *καταζῆν σεμνὸν βίον* = *καταζῆν σεμνῶς*. Uno tamen loco, Iph. Aul. v. 923. legimus: *ὀρθῶς διαζῆν τὸν βίον γνώμης μέτα*. Substantivum *βίος* nequaquam denotat modum, qui satis describitur

et adverbio ὀρθῶς et verbis γνώμης μέτα. Locus igitur a lege, qua verbis intransitivis non adjungatur objectum effecti, deflectere videtur. Sed quaestio expeditur composito verbo διαζῆν, quod fere idem est atque ζῆν διὰ τοῦ βίου, neque simplex verbum cum solo substantivo βίος conjungi posse concedo. Aliud enim est, si conjungimus verba: ὁ βίος κρείσσων ἐστὶ βιῶναι, aliud, si directe dicimus ζῶ βίον sine ulla objecti definitione, quod fieri posse nego.